



Michael : De conversione

Michael : De vita regum

Michael : Philologia

Michael : De hominibus

Michael : De iure et moribus

Michael : 1755 & 1756

Michael : De principibus regni

Michael : 1756 & 1757

Michael : De iure et moribus

Michael : De iure

Michael : De iure et moribus

Michael : De iure

Michael : De principibus regni


Michael : De principibus regni

Michael : De iure et moribus

Michael : De iure et moribus







3  
4  
5  
6  
7  
8





1638.

1. Vickers, Johann Michael: De consortibus.
2. Vickers, Johann Michael: De ritu nuptiarum.
3. Vickers, Johann Michael: Philozemota.
4. Fobzins, Christophorus: De homicidio.
- 5<sup>us</sup> Fobzins, Christophorus: De jure venandi, aucupandi  
et piscandi. 2 Sumpt. 1638? 1756
- 6<sup>us</sup> Tomannus, Ortelphus: De principum imperii jure.  
2 Sumpt. 1636? 1698.
7. Pneeschenck, Zacharias: Quaestiones controversae ex  
jure patrum scriptae.
- 8<sup>us</sup> Pneeschenck, Zacharias: De modo ac usu computationis  
graduum.
9. Pneeschenck, Zacharias: De furtis
10. Pneeschenck, Zacharias: De purgatione Pansuicis  
et vulgari.
11. Pneeschenck, Zacharias: De jure retractus




1638.

12. Richterius, Christophorus Philippus: Recursus gemina  
questionum
13. Richterius, Christophorus Philippus: De solutione, decreto  
et auctoritate
14. Theodorius, Petrus: Julia juridica.
15. Ungepaun, Erasmus: De veniens aetatis petitione  
et l. 2 C. de his, qui ven. aet. impetr.
- 16<sup>17</sup> Ungepaun, Erasmus: De regalibus. 2 Sump.
17. Ungepaun, Erasmus: De adiuto.
- 18<sup>16</sup> Ungepaun, Erasmus: De jure duorum. 2 Sump.  
1638 + 1724.
- 19<sup>24</sup> Ungepaun, Erasmus: De venatione. 2 Sump.











*Præ 32. num. 7.*

D. O. M. A.  
DISPUTATIO JURIDICA  
DE

1638, 10

13

PURGATIONE  
Canonica & Vulgari,

Quam

Permissu ac Consensu

*Magnifici, Nobilissimi ac Amplissimi Jctorum Ordinis  
in hac legum nutrice Salana,*

P R Æ S I D E

*Virò Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo*

DN. ZACHARIA Prueschencen/

Jcto eximio, Consiliario Saxonico gravissimo, An-  
tecessore celeberrimo, Curie provincialis & Sca-  
binatus Assessore dignissimo,

*Patrono, Promotore ac Preceptore suo, quavis  
animi promptitudine & observantia  
aternum colendo*

Publico examini submittetur.

PETRUS Schäffer HALL, SAX

*ad diem 18. Aprilis.*

In auditorio Jctorum, horis matutinis solitis

J E N Æ

TYPIS ERNESTI STEINMANNI.

ANNO clō 1ō CXXXVIII.





D. O. M. A.  
DISPUTATIO JURIDICA  
DE

# PURGATIONE Canonica & Vulgari

Quam

Permissu ac Consensu

M. G. S. P. Nobilitatis ac Honorabilium Virorum Ordinis  
in hac Legatione Praesidentis

P R E S I D E

Magistro Johanne Caspario

DR. ZACHARIAE STRICKHARTII

Legationis Praesidentis Praesentibus

Magistro Johanne Caspario

Magistro Johanne Caspario

Magistro Johanne Caspario

Magistro Johanne Caspario

Magistro Johanne Caspario

Magistro Johanne Caspario

P. B. R. U. S. G. R. A. T. I. A. S. T. R. I. C. H. A. R. T. I. I.

Magistro Johanne Caspario

Magistro Johanne Caspario

J. E. S. U. S.

Magistro Johanne Caspario

Magistro Johanne Caspario







DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
PURGATIONE  
Canonica & Vulgari.

Positio I.



PURGATIO à *purgando* dicta (quæ  
lippis & tonsoribus nota est notatio: Ger-  
manicè ein Säuberung/Reinigung) vari-  
um in jure nostro admittit significatum.

II.

Vel enim purgandi verbum (1) de  
motæ emendatione accipitur. *l. 8. l. 14. ff. de novat. l. 73. §.  
fin. l. 91. §. sequitur. ff. de V.O. vel (2) de fructuum putatione;*  
quomodo *Cujac.* purgandi verbum interpretatur apud Pa-  
pinian. *in l. 31. §. 3. ff. de negot. gest. eodemq; sensu purgata*  
*ratiocinia, id est, putata, legimus in l. pen. in fin. C. de bon. pro-*  
*script. (3) Existimationem quoq; , itemq; mortui innocentiam.*  
*l. 1. §. 6. ff. de injur. l. 22. in pr. ff. de jur. fisc. nec non (4) cri-*  
*men à successoribus purgari, reperio in l. ult. ff. ad L. Jul. Ma-*  
*jest. Propriè etiam (5) rivum, fontem purgare, dicitur in*  
*l. 1. §. 6. 7. & seq. ff. de font.*

III.

Hoc in loco *pro innocentia* accipitur *purgatione*, quòd  
scilicet per eam reus se & conscientiam suam à suspicionibus  
juris & hominis, quæ contra se erant, expurget, infamiam  
elidat, & innocentiam suam detegat.

IV.

Estq; duplex CANONICA & VULGARIS. Illa sic  
dicitur, non quòd à jure Canonico primùm fuerit adin-  
venta, (siquidem ea nec juri Civili incognita; quod ex



seqq. patebit:) sed quòd ab hoc jure recepta, confirma-  
ta, usurpata varièq; informatæ.

V.

Vocatur etiam juramentum purgationis, seu purga-  
torium, item purgatio juratoria, nec non (quæ fiebat jure  
Feudali cum 12. Sacramentalibus, vera utriq; probatione  
deficiente. 2. Feud. 58. de not. feud. §. cum datur Domino defen-  
sio. 6.) defensio juratoria.

VI.

Definitur CANONICA hæc purgatio, juramentum,  
quòd reus ab actore, de intentione sua nihil probante haut  
convictus, purgandi sui causâ, ex delatione judicis, in  
certis quibusdam causis, earum conditione ita quodam-  
modo exigente, præstat.

VII.

Generis loco rectè positum opinor, *juramentum*: Est  
namq; species jurisjurandi, quod de re quidem controver-  
sa, solius tamen religionis injiciendæ causâ adhibetur. Re-  
liqua definitionis membra & suam in seqq. explicationem  
expectant.

VIII.

Ac primò quidem cui deferatur, videndum. Et soli  
deferri Reo, non actori, palam est: modò sit ille qualibus-  
cunq; tantùm conjecturis, suspicionibus atq; indiciis (quo-  
rum tamen dijudicatio adhuc judicis meritò supponitur  
arbitrio) gravatus, nihilq; sit, quod pro ipsius defensione  
militare queat.

IX.

Præstat autem non solùm per *ipsum reum* diffama-  
tum, sed & per *procuratorem*: Et diffamatum quidem vel  
*solùm*, vel *unâ cum Compurgatoribus*, modò pluribus, modò  
paucioribus, pro qualitate personæ, negotii & suspicio-  
num à judice definiendis; Cujus etiam in arbitrio positum,  
utrum compurgatores seu sacramentales simul jurare de-  
beant, nec ne: quod vel ex *Ordin. Cam. Imp. tit. 10. p. 2. in fin.*  
*pr. apparet, in verb.* Und ob der Beschuldigte also größlich ver-  
dacht / daß der mit Compurgatoren von nöthen ist / so soll zu  
Beschei-



Bescheldenhelt des Richters stehen / ihme die auffzulegen / oder nicht.

X.

Cæterùm inventum fere est juris Canonici, quod de conjuratoribus jam dictum, ut rectè *Speikhan* tradit, cent. 3. class. 4. quest. 7. num. 5. qui quamvis factum, de quo jurant, ignorent, probitate tamen, religione & innocentia principalis, pro quo jurant, ita confidunt, ut non dubitent, idem quod ipse jurat, ex ipsius animi sententia & conscientia non minùs jurare.

XI.

De procuratore verò quod dixi, id tum demum obtinet, si suspectus in illustri sit positus dignitate: Cæteròquin regulariter suspectus per semetipsum jurare cogitur.

XII.

Nec refert, cujuscunq; sit *sexus* diffamatus ipse, vel etiam *ordinis* aut conditionis; adeò ut nec Clerici, jurare aliàs prohibiti, eximantur, nec etiam foeminae, utut illustriores; quemadmodum de *Sophia Poloniae regina* testatur *Cromerus lib. 19. Histor. Polon.* hancce se suo & septem honestarum ac nobilium foeminarum jurejurando, de stupro accusatam purgasse.

XIII.

Quin nec *singula tantùm persona* hanc subire coguntur purgationem, sed etiam *Universitates* atq; *Collegia*: Ubi tamen juxta *Ordin. Cameral. p. 2. d. tit. 10. in pr. §.* würde aber ic. duæ saltem tertiae Senatus seu communionis jurare debent, præsertim etiam ii, qui maximè suspicionibus onerati. Quæ res rationem habet haut obscuram.

XIV.

Sed cui juramentum istud purgationis delatum est semel, tametsi actor non multùm, ac ne semiplenè quidem probaverit, (sufficit enim si aliquales suspensiones & indicia contra reum excitãrit, aut aliàs hujus fama apud graves & cordatiores ex aliqua diffamatione sit maculata) ei referendi potestas prorsùs negatur; cùm propriam ejus attingat conscientiam.

A 3

XV. Por-



XV.

Porro purgatio hæc, prout diffamatio vel publicè, vel privatim exorta, aliquando *publicè* fit coram populo, aliquando *privatim*: Et utroq; casu coram *judice Ordinario*, vel quandoq; etiam coram *Commissariis & Delegatis*, certis ex causis à *judice* missis. Fitq; tum exoneratio vel in *adibus purgandi*, vel *alibi*, pro discretionem *judicis*.

XVI.

Causæ nunc quoq; veniunt exponendæ, quibus in juramentum hoc locum habet. Injungitur autem in causis criminalibus, matrimonialibus, feudalibus & aliis nonnullis civilibus actibus & negotiis, dubiis tamen atq; occultis, & ab actore vel delatore, nec plenè, nec semiplenè, sed præsumptivè saltem probatis; Quæ singula latius pertractat supra citatus *Speckhan. d. cent. 3. cl. 4. c. 6. num. 3. & seqq. ubi vide.*

XVII.

Textus quoad criminales & matrimoniales maximè causas, plures cumulant *Dd.* Sed quid hîc non intempestivè fortè desideret *Bachov. vide in notis ejusd. ad Tr. vol. 1. D. 21. th. 5. lit. B.* Quamvis nihilominus citra cunctationem admiserim, purgationi in hisce causis locum superesse: Quemadmodum nec in injuriarum convento, multò minùs in fractore, seu violatore pacis publicæ ea deficit.

XVIII.

Dixi tandem, juramentum hoc in prædictis causis, *earum conditione ita quodammodo exigente*, præstari. Quibus verbis necessitatem subsidiarii hujus remedii subindicare volui. Etenim si inculpatio plenè & legitimè probari possit, ad istud deveniendum minimè: quin magis ad torturam, si adsint indicia ad eandem sufficientia, quæ per reum elidi nequeunt. *Jul. Clar. in §. fin. quest. 63. n. 6. in fin.* vel si probatum sit ab actore semiplenè, juramento magis locus erit suppletorio.

XIX.

Imò si reus innocentiam suam aliter probare & suspensiones indiciave contra se orta, vel ex vita antea acta, testimoniis



moniis quoq; atq; testibus, (wann er sein Gewissen mit Beweis zuvertreten gemeint/) vel aliis argumentis & præsumptionibus validioribus declinare valeat, purgatio hæc prorsus cessabit.

XX.

His ita visis, supersunt adhuc quædam alia, conniventibus oculis haut transmittenda, formam quæ præcipue atq; effectum Canonice nostræ purgationis complectuntur.

XXI.

Forma & solennitas in eo maximè consistit, ut principalis reus & conjuratores ejus jurent corporaliter, super sancta Evangelia coram posita. Ille (ut supra dictum) de veritate; hi de credulitate tantum jurare solent, daß sie glauben/ daß der oder die/ so sich mit dem Eid entschuldigt/recht geschworen haben: inviti tamen ad jurandum compelluntur minimè. *c. cum. P. Manconella. 7. §. fin. X. de purgat. Canon.*

XXII.

Illud quoq; vix prætermittendum, (quod quidem supra, ubi de iudice deferente actum, non minus commode potuisset inculcari:) purgationem hanc injungi vel ad petitionem & instantiam partis, vel etiam nemine petente ex solo officio, & quidem ad terminum præfixum, præmissâ simul notificatione consuetâ, de vitando perjurio ejusq; pœnis.

XXIII.

Plenè etiam atq; exactè personarum, factorum, indiciorum aliarumq; circumstantiarum qualitatem iudex ante delationem cognoscere atq; explorare debet, ne sua inconsiderantiâ vel perjurio fores aperiat, vel honestorum hominum famam & existimationem injustè gravet grandi q; exponat periculo.

XXIV.

Delatum autem semel hoc juramentum, sub pœna confessi, recusari nequit; nisi fortè legitima aliqua appellatione, vel etiâ exceptione id fuerit suspensum, vel impeditum. *c. nos inter alios. 6. in fin. X. de purgat. Canon.*

XXV. Ad



XXV.

Ad effectum ejusdem præcipuè spectat, quòd legitime illud per omnia, prout impositum est, præstans, non tantùm infamiam contra se ortam extinguat atq; expurget; sed etiam prorsùs innocens atq; immunis per sententiam absolutoriam declarandus sit, facta simul restitutione officii beneficiiq; , à quo suspectus antea, pro negotii qualitate, erat suspensus.

XXVI.

Adeò quidem, ut ex quorundam sententia, etiam novis probationibus adorientibus, negotium ita semel ritè sopitum, resuscitati haut queat: Quin potiùs accusatorem vel diffamatorem injustum, inq; probatione planè deficientem, injuriarum & aliis competentibus actionibus pulsare, reo sit integrum.

XXVII.

Actum sic de purgatione Canonica: Sequitur VULGARIS, inde id appellationis sortita, quòd vulgò maximè, eam ex superstitione quadam invexerit Ethnica; tradente *Panorm. in Rubr. X. de purgat. vulgar.* Vocatur etiam furiosa probatio, item exploratio, tanquam quæ in tormentis esset expressa, nec non probatio per iudicium divinum.

XXVIII.

Hancce describo veritatis, factorum dubiorum & occultorum investigationem, eo fine usurpatam, ut modis quibusdam variis, vel nocentia, vel innocentia nostra, exploretur detegaturq;

XXIX.

Modi autem isti partim expressis *Canonibus*, partim abusu & desuetudine abrogati sunt atq; aboliti, partim etiam hodie, aliquibus maximè in locis reducti usuq; adhuc recepti.

XXX.

Expressis *Canonibus* abolita est I. Purgatio per Duellum, monomachiam, seu singulare certamen. *c. 1. & 2. X. de purgat. vulg. c. monomachiam. 22. caus. 2. q. 5. c. ex tuarum. 8. X. de purgat. Canon.* Congressus erat, sive pugna duorum ad purgationem



tionem illati criminis inita, quæ victor purgatus & innocens, victus verò pro convicto reputabatur. Vide omnino *Philippi Camerar. cent. 2. hor. Subcis. c. 19. 20. & 21.*

XXXI.

Cujusmodi concertationum pleni sunt historiarum libri. Ad imprimis *Crantz. in Saxon. lib. 1. c. 4. & 6. Sig. de Crim. les. Majest. lib. 2. q. 18. num. 12. Johann. Gall. in decis. Parlam. Paris. q. 85. earundemq; veterem indicendi & provocandi ritum descripsit Damhoud. in prax. Crim. c. 24.*

XXXII.

II. *Ferri candentis sive igniti, item prunarum sive carbonum candentium gestatio sive calcatio. c. Mennam. 7. S. vulgarem. c. consulisti. 20. c. nobilis. caus. 2. q. 5. c. ult. X. de purgat. vulgar. c. sententiam sanguinis. 9. S. fin. X. ne Cleric. vel Monach. cujus purgationis memorabile recenset exemplum Münsterus itemq; Crantz. in Saxon. lib. 4. c. 26. Mos hic gerebatur interventu Sacerdotis, qui priusquam periculum fieret, DEUM certis conceptisq; obtestabatur verbis & adorabat, ut innocentes servaret, nocentes male perderet, testibus Helmod. in Histor. Sclavon. & Aventin. in annal. Bojor.*

XXXIII.

Quo facto, criminibus pulsati, ferro vel vomeribus offerebantur examinandi; juxta illud, quod Bambergæ in templo Dominicali (ubi S. Kunegunda Imperatrix vomeribus intrans candentibus, in exigua quadam tabella reperitur depicta) hisce legitur versiculis

*Judicio vomerum, Kunegundis virgo probatur.*

*Cætus hoc mirans, ipsam veneratur.*

XXXIV.

III. *In aquam frigidam, sive calidam, fervidam & bullientem, sive totalis, sive partialis injectio & immersio. d. c. ex tuarum. 8. X. de purgat. Canon. d. c. Mennam. 7. S. vulgarem. c. consulisti. 20. c. nobilis. caus. 2. quest. 5. Cujus & in Saxonico jure vestigia apparent, vocaturq; Wasser Brthl/ & comprobatur lib. 1. artic. 39. & lib. 3. artic. 21. Landr. improbatum verò c. 20. Lehenrecht num. 57.*

B

XXXV.



XXXV.

Consecrationis aquæ calidæ formulam antiquam prodidit *Aventinus lib. 7. annal. Bojor.* pleniorémq; hujus rei narrationem ex vetusto manuscripto & nec dum edito Codice protulit *Fr. Juretus in not. ad Lyon. Carnotens. epist. 91.* subjiciens insuper formulam, quam petente Ludovico Imperatore Beatus Eugenius composuisse dicitur, descriptam à *Petr. Heig. p. 2. q. 39. num. 42.*

XXXVI.

IV. Sacrosanctæ Eucharistiæ, sive corporis Dominici participatio. c. sæpè contingit. 23. junct. c. ult. in pr. caus. 2. q. 5. De cujus jure, usu, institutione & abrogatione adi *Martin. Delr. lib. 4. Disquisit. Magic. pag. 321. cum 8. seqq.*

XXXVII.

V. Inspectio Astrolabii, conmessio casei vel panis benedicti: Sortes quoq; per cribrum & forfices, & si quæ sunt aliæ his similes, quibus olim furta & alia delicta investigabantur, sublatae sunt atq; prohibitæ. c. 1. & 2. x. de Sortileg. & de purgat. vulgar. ibiq; *Hostiens. & Daniel Venator. c. ex tuarum. 8. & ibi Gloss. & Dd. x. de purgat. Canon.*

XXXVIII.

Fuerunt modi Pontificio jure aboliti: In desuetudinem verò abivére. I. Per pyram sive flammam ardentem transitus, cujus insigne refert exemplum *Francisc. Hottoman. Dissput. feodal. cap. 44. adde Bocer. lib. 2. de jur. pugn. c. 2. in fin.* II. Ad Crucem collocatio: Quo de purgandi modo, qualis nempe fuerit, lis est inter *Dd. & hæsitatio.* Consule tamen omninò *Godelman. lib. 3. de Mag. Lam. & Venesc. c. 5. num. 9.*

XXXIX.

Quæris nunc de ratione abrogationis & desuetudinis? Ea sanè non una fuit atq; levicula. Scilicet enumerati jam modi purgationis vulgaris ex instinctu descendebant Diaboli, vanis, incertis atq; superstitiosis innixi per sua



suasionibus, Sanctorum Patrum lædentes sancita, quibus  
& DEUS, occultorum unicus iudex, tentari videbatur, in-  
nocentes etiam sæpissimè gravissimo vitæ fortunæq; ex-  
ponebantur periculo.

XL.

Sequuntur modi, hodiernis adhuc moribus, quamvis nec  
ita frequenter, ut olim, nec etiam ubiq; recepti: Quorum  
tamen unus *damnabilior, tolerabiliorve* videtur altero.

XLI.

*Damnanda* prorsus atq; ad Orcum releganda est, *Pro-  
batio Sagarum, qua fit per aquam frigidam, in Westphalia ma-  
ximè ante aliquot jam annos iterum usurpata: pro qua li-  
cet ad sudorem usq; pugnârint Adolph. Scribon itemq; Jacob.  
Rickius; iudicium tamen pietatemq; hac in parte in iisdem  
desiderari, bellè vidit Heig. p. 2. q. 39. num. 58. 30. & 124. cum  
seqq.*

XLII.

Nititur quidem hic purgandi mos antiquitatis au-  
thoritate; sed superstitionis Ethnicæ levitate foedè permi-  
xta. A gentilibus nempe traxit originem, Diabolum divi-  
ni Numinis instar venerantibus. Sic apud Celtas aliosq;  
infans Rheno impositus adulterii paterni crimen detege-  
bat. *Francisc. Iren. Germ. Exeges. lib. 1. c. 17.* Tucia Vestalis vir-  
go apud Romanos exploratione ista criminis illati suspi-  
cionem removebat. *Valer. Maxim. lib. 8. c. 1.*

XLIII.

Hæccine verò tanta auctoritas, ut & Scripturæ san-  
ctæ vincat? Minimè gentium. Species idololatriæ est, ve-  
ritatem ab elemento aquæ exquirere, & idolum sibi in ea  
fabricare; cum dubiis in rebus à supero potius numine  
petendum sit consilium. *Exod. 20. vers. 4.*

XLIV.

Neq; iis attendendum, qui superstitionem hanc ad  
exemplum potionis illius amaræ (cujus verum ritum faci-



lius ex Hebræo, quàm Latino contextu colligi posse, non ineptè *Martin. Delr. monuit lib. 4. disquisit. Magic. pag. 573.*) quæ stupri insimulatis mulieribus, ex mirabili Zelotypiæ lege, *Eivergeses* exhiberi solebat. *Num. 5. vers. 11. usq; ad fin.* Deficit enim in proposito expressum DEI mandatum.

XLV.

Consimilis ferè fatinæ, *Cadaveris occisi*, quandoq; præ-  
sente homicida suspecto, *cruentatio* seu sanguinatio, *Bachovio*  
videtur *in not. ad Treutl. volum. 2. D. 4. th. 7. lit. C. D. & E.* &  
tamen consuetudo hæc in Bavaria, Palatinatu, multisq;  
Germaniæ provinciis aliis etiamnum est usitata, eandemq;  
non omninò irrationabilem existimat *Bernhard. Zieritz in*  
*not. ad P. D. D. artic. 149.*

XLVI.

Hic autem purgandi mos in eo maximè consistit, ut  
vel ad requisitionem anticorum ac propinquorum occisi,  
vel ex officio magistratus, ii, qui conflictui interfuere de  
homicidio suspecti, ad cadaver perducantur (*Waarrecht*  
vulgò hunc actum appellant) & digitos suos, verbis u-  
rentes conceptis, vulneribus applicent, an sic fortè verus  
homicida, vulnere nempe tacto atq; simul sanguinem  
emittente, manifestari queat.

XLVII.

Quibusdam etiam in locis, referente *Christoph. Besoldo*,  
viro si religionem (quã mutasse dicitur) excipias, ferè abso-  
lutissimo *in Thesaur. pract. ad verb. Waarrecht.* certam jura-  
menti formulam, suspectus omnium maximè de homici-  
dio, trina vice præstare cogitur, ita quidem, daß er (1) *zween*  
*Singer vff des Entleibren Mund / (2) auff den Stich vnd (3)*  
*auff den Nabel legen / auch dem Pfarrer / so ihn seines Gewissens*  
*erinnert / jedesmal nachsprechen muß.*

XLVIII.

Quicquid tamen sit, tota illa cædis probatio videtur  
esse singularis *vgl. deocho*. Et quamvis *Andreas Libavius* accu-  
ratum



ratum scriptum de illa ediderit, naturales causas afferre  
conatus; attamen rem non ad demonstrationem, sed ali-  
qualem saltem probabilitatem deducere potuit, censente  
*Joachim. Camerario, Archiatr. Norimb. in epist. quad. quæ extat  
in Consil. Aldorphen. Conf. 32.*

XLIX.

Sed quid de spontanea sui ipsius ad carcerem atq; captivi-  
tatem traditione oblationeq; (quam legalem purgationem  
vocat *Damboud. in pract. Crim. c. 45.*) statuendum? Eam mo-  
dis jam enumeratis tolerabiliorem esse, istoq; imprimis ca-  
su non adeò iniquè observari existimo, ubi in loco pere-  
grino, suspectæ aliàs fidei accusator, aliquem de crimine  
accusare velit, fortè honestiorem.

L.

Dissimilis ratio videtur mutui torturæ pacti, solidè im-  
pugnati à *Speckhan. cent. 3. class. 2. q. 17.* Atq; non minùs su-  
per contingentia facti, ubi unus accusaverat alterum furti,  
& accusator se ad torturam obtulerat, probaturus sic ve-  
ritatem criminis, de quo reum captivum insimulaverat,  
ita tamen ut post primum tractum accusatus similem expe-  
riretur fortunam, es solte einer einen Zug vmb den andern  
leiden/ Nobilissimi hujus loci Scabini responderunt olim  
consulti, Judicem ad neutrius torturam accedere posse,  
teste *Jenensium Coryphæo, Matth. Colero de process. execut.  
P. 1. c. 6. num. 44. cum 3. seqq.*

LII.

Est & de numero usitatarum hodie purgationum  
*Provocatio ad tribunal DEI, die Ladung vor das jüngste Ge-  
richt oder in das Thal Josaphat.* Qua de dubitant pleriq; quid  
sit sentiendum, an metuenda, nec ne? item licita sit pro-  
vocanti, an illicita? Licitam esse, certis munitam requisi-  
tis autumo, secutus *Christian. Herold. in peculiari hac de re con-  
scripta dissert. Noribergæ apud Halbmeier. impressa, ubi multa re-  
fert exempla, & in causas ac permissionem hujus provoca-  
tionis inquirat. Vide etiam Simon. Majol. diar. canicul. tom. 2.  
colloq. 2. fol. 523.*



## LII.

Econtra ceu maximam impietatis temeritatisq; notam fugiendam, dignisq; poenis compescendam esse arbitror, quæ frivole, & deficientibus maximè suis requisitis, in grandem magistratus suscipitur injuriam; Quemadmodum in Majo anno 1636. ad consultationem Innocentii Srenwald in Leipzig; hisce formalib. pronunciatum à Nobilibs. quæ hinc loci, Facultate Juridica: So ist injuriant wegen seines groben und ärgerlichen Verbrechens/ nicht allein die niedergeschriebene traw: und beschuldigungs Wort/ als wolte er deswegen den Rectorem wiederum für das jüngste Gericht citiren/ weil ihme justitia denegirt und er gedruckt würde/ vff vorgehende recognition coram Senatu Academico zu recognosciren, und dem Rectori eine Abbitte zuthun schuldig / Sondern er wird auch hterüber/ andern zum Abschew/exclusion & amissione privilegiorum, oder einer zimlichen Geldstraff / ober die bereit vorher verfallene / seinem Vermögen nach nicht unbillig willkührlichen belegt / B. N. W.

## LIII.

Tandem & duella hodie non penitus abrogata, si modò publica utilitate suscipiantur, eademq; Reip. exposcat interesse. *Lal. Zech. lib. 1. polit. c. 5. num. 4. Sonsbec. in tr. feud. part. 15. n. 89. Dress. in millenar. 6. p. 610. & seq. ubi insigne monomachiae memorabilis Christiani militis & Turcici anno 1590. Ducum ex utraq; parte consensu factæ, recenset exemplum: Quæ verò ex privata proficiscuntur nobilium, militum, studiosorum, aliorumve vindicta, tam reprehensionem, quàm castigationem merentur gravissimam.*

## LIV.

Claudat Disputationem affinis de torneamentis quaestio; an eorundem usus proba hactenus ratione fuerit intermissus, vel justè sublatus? Affirmantium opinio non placet, quamvis jure Canonico suffulta. *c. 1. & 2. X. de torneam.* Neq; enim abusus sufficiens ratio tollendi usus; rei

præfer-



præsertim optimæ adq; virtutis incitamentum compara-  
tæ. Quare torneamenta magis revocanda, vel in eorum  
vicem moderata exercitia alia invehenda censeo, cum Ge-  
nerosiss. Reinhardo Comite à Solms/ in Beschreibung des A-  
dels fol. 7. Daß die Fürsten wiederumb dergleichen etwas an-  
richten vnd ordnen möchten/ damit der Adel wieder in Zu-  
gend vnd Adelige Werck gedrungen vnd  
gebracht werde.

Tantum est,

---

## Corollarium.

Quæ genuina vocis *MAIUMA* in Rubr. & l. un. C. de Ma-  
jum. lib. ii. explicatio, mecum quæsi sæpiculè: Neq;  
enim apud *Lucam de Penna, Rebuff. Greg. Girald. Suidam.*  
& alios, circa eandem alioquin sollicitos, reperire ha-  
ctenus potui, in quo tutò licuit acquiescere. Ludum  
quidem fuisse, nemo est ex iis, qui ambigat; ast qua-  
lis ille fuerit, lis est atq; hæsitatio. Cogitabam ego  
aliquando, *Majumam* illud ipsum fortè fuisse specta-  
culum à *Cypriano lib. 2. epist. 2. ad Donat.* descriptum,  
atq; damnatum, quo nuptiarum quædam inter mi-  
mos & meretrices mense Majo, repræsentabatur per  
luxum solennitas, actione in theatris ad imaginem  
veritatis expressa. Conjectationis hujus rationes  
aperiam in conflictu.



Ad





**Ad Præstantissimum ac  
Doctissimum DN. PETR. Schæffern/  
amicum suum veterem,**

**A** *Scendis cathedram, fratri nec cedis Amando  
I, pete Doctoris nomina fratre simul:  
I modò, Doctoris pete nomina, Jena parata est.  
Num cessabis adhuc? suscipe, Grator Ego.*

*Ex tempore affectu dictante  
scrib.*

**Carolus Fridericus Fleck  
Berol. March.**

---

**Suo Petro Schæffern**

**P**ublicitus bis vota dedi, si terna sequentur,  
Adfini & fratri similes gratabor honores,

*ita avoxid, adpl,*

**Andr. Wolfius,**

**F I N I S.**



ULB Halle 3  
003 770 125




f  
Sb


WDM











B.I.G.

Farbkarte #13

*Præ 32. num. 7.*

M. A. 1638, 10

# ATIONE Vulgari,

onsensu  
lissimi Fctorum Ordinis  
ce Salana,

D E  
o & Consultissimo  
A Prueschencfen/  
onico gravissimo, An-  
æ provincialis & Sca-  
dignissimo,

ceptore suo, quavis  
observantia  
ndo  
bmittet.

HALL, SAX

orilis.  
is matutinis soliti

TEINMANNI.

XXXVIII.



MI,  
Æ

m,

